

1. Argum. Primo, genus, in quantum genus, prædicatur de pluribus differentiis specie: sed genus comparatur ad individua, non prædicatur de pluribus specie differentiis, sed numero tantum: ergo ut genus, non respicit talia individua.

2. Argum. Secundo, specie, & individua, respiciunt genus relationibus essentialiter diversis: ut statim videbimus: ergo, & genus respicit species, & individua, relationibus essentialiter diversis: patet consequentia: tum ex primo Topic. cap. 13. quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur & alterum. Tum etiam, quia relationes essentialiter distinctæ eundem terminum formali ter habere non possunt: cum à terminis suâ specificationem, & distinctionem sumant.

3. Argum. Tertio, relativa sunt simul natura, & cognitio: sed cognoscens genus tantum necessario cognoscit species, & non individua: ergo cum alia cognitione individua cognoscatur: necessario fatendum est dari in genere aliam relationem: minor patet: nam si nullum daretur individuum, adhuc genus, & species essent correlativa, & unita cognitione cognoscerentur.

4. Argum. Quarto, relativa dicuntur ad convertentia: ergo ubi fuerit distincta convertentia essentialiter, erit distincta relatio essentialiter: sed sic est in præsentia: nam species, & individua, sunt generis subijcibilia essentialiter distincta: ergo, & c.

2. Sentent. Secunda sententia est aliorum tenentium speciem non solum non esse adæquatam generis terminum: sed nec primum, & immediatum: sed talem esse quoddam commune speciei, & individuo, quod vocant subijcibile in quid incomplete. Probatur: species, & individuum, conveniunt vni in ratione subijcibilis generis: quia vtrique subijcitur in quid incomplete: ergo hoc subijcibile commune illis est primum, & adæquatum terminus generis. Patet consequentia: quando aliqua relatio terminatur ad plura, in quantum in vna ratione formali conveniunt, talis ratio communis est primum, & adæquatum terminus: ut patet in colore respectu potentie visive.

Argum. Tertia sententia est Doct. ut patet supra quæst. 5. de genere, estque communis apud Thomistas: pro qua notandum: maximum esse discrimen inter primum, seu immediatum terminum, & inter terminum adæquatam: nam licet aliquando non tamen semper, coincidunt. Primum igitur terminus, aut primum obiectum alicuius potentie est, quod immediate, & non alterius interuentu, terminat potentie relationem: adæquatum vero est illud, præter quod nihil est aliud, quod terminet talem habitudinem: quare aliquando idem est terminus primum, & adæquatus: ut patet in maiori, respectu minoris. & e contra: quando vero distinguuntur: ut actus primo, & immediate, terminat habitudinem potentie: sed non adæquate: quia etiam obiectum illam terminat, licet mediante, scilicet, actu: unde actus, & obiectum, simul sunt terminus adæquatus potentie, sed non primum, & immediatus: quia non simul terminant immediate: quærimus ergo in præsentia: an sola species sit terminus subijcibilis generis immediatus, & adæquatus: an

3. Sentent. Doctoris.

Notandū.

Primo, genus, in quantum genus, prædicatur de pluribus differentiis specie: sed genus comparatur ad individua, non prædicatur de pluribus specie differentiis, sed numero tantum: ergo ut genus, non respicit talia individua.

solum primum, & immediatus, sed non adæquatus.

Dicendum primo, genus eadem relatione refertur ad species, & ad individua, tanquam ad subijcibilia sua. Hæc est communis cum Doct. ut supra, & in Prædicamentis, quæst. 5. de Relatione ad tertium, & probatur primo, genus prædicatur de specie eodem modo, quo prædicatur de individuis specie: & e contra: scilicet in quid incomplete: ergo genus eadem relatione respicit illa.

Secundo, hæc sunt prædicationes essentialiter: Petrus est animal: Franciscus est animal: sed non sunt species de individuis: quia animal non dicit totam illorum essentiam: ergo est prædicatione generis de individuis: sed eodem modo prædicatur de homine: ergo, & c.

Dices: mediatio, vel immediatio, sufficit ad diversificandas relationes: ut patet in exemplo adducto, de potentia respectu actus, & obiecti: nam alia ratione respicit actum, & alia obiectum: prima enim est relatio cause ad effectum: secunda est relatio attingentia, seu unionis: ut docet Doctor quodlibet. 13. lit. M. igitur similiter in proposito: cum reperitur mediatio, & immediatio, inter genus, speciem, & individua.

Respondet: negando antecedentes, loquendo de mediatione: ut quod non vero de mediatione, ut quod: dupliciter enim aliquid inter duo mediare dicitur: vel ut quod: ut inter solem, & Petrum genitum, mediat Franciscus illius pater: & hæc mediatio variat relationes in istis: vel aliquid dicitur mediare, ut quod: sicut inter agens, & effectum, mediat ratio agendi: & hæc mediatio non multiplicat relationes. Cum igitur species mediet inter genus, & individua, ut quod: quia ipsa est quidditas individui: ideo non tollit, quod genus vtrumque, speciem, scilicet, & in individua, respiciat.

Nec exemplum de potentia virget: nam quævis habeat pro termino adæquato actum, & obiectum: non tamen vtrumque respicit eadem relatione: ut probat argumentum (quidquid vellent Conimbricenses, quæst. 2. art. 3. hoc exemplo videntes ad hanc conclusionem probandam) non enim omnis terminus adæquatus eadem relatione respicitur: sed tantum ubi est adæquatio includens, & inclusi, qualis est inter speciem, & individua, non tamen inter actum, & obiectum, ut actus dicitur productus à potentia, & obiectum ab ipsa perceptum: licet bene potentia, ut obiecti perceptiva, mediante actu, quo illud percipit, eadem relatione attingentia vtrumque respiciat: in quo sensu exemplum valet: sicut eo in notabili vnumur.

Dicendum secundo, terminus primum, & adæquatus, relationis generis non est subijcibile commune speciei, & individuis, prout vult secunda sententia: hæc est communis, & probatur: relatio subijcibilis fundatur in aliqua natura reali, prout cognoscitur apta subijci generi: sed talis natura communis non datur, respectu speciei, & suorum individuum: ergo. Maior patet: nam nunc loquimur de subijcibili generis, prout connotat gradum genericum realem: quia

1. Conclusio.

Obiectio.

Solutio.

2. Conclusio.

de subijcibilibus intencionalibus eadem erit ratio. Minor ostenditur: quia Petro, & homini, vbi subijciuntur animali, nihil reate datur commune, nisi ipsum animal: ergo.

Secundo, si inter animal, & hominem, mediat aliquod commune subijcibile: animal non erit genus infimum: consequens est falsum: ergo: probo sequentiam: nam omne commune ad speciem est eius genus: ergo illud commune ad hominem est genus infimum: ergo tale non est animal: quod est absurdum, saltim secundum communem modum dicendi.

Dices: non mediare aliquam naturam realem communem illis: sed quandam ratione accidentalem subijcibilis.

3. Conclusio.

Contra: genus infimum non prædicatur immediate de tali ratione: ergo nec primum, & immediate, illam respicit: cum id primum, & immediate, respicit animal, de quo primum, & immediate, prædicatur: aliter enim idem de Proprio, & differentia est dicendum.

Dicendum tertio, Primum, & immediatum subijcibile generis sunt species: adæquatam vero species, & individua: hæc est communis cum Doctore locis citatis: primam partem probatur argumenta primæ sententiæ: & præterea probatur: genus per speciem diffinitur: ergo species est illius terminus immediatus: antecedens patet ex generis diffinitione: consequentia est Arist. 6. Topic. cap. 2. dicentis: peccare illum, qui non diffinit relativum per proprium, & immediatum correlativum.

Secunda pars etiam constat: nam terminus adæquatus est, præter quem, nihil aliud terminare potest: sed præter speciem, individua terminant relationem generis, quæ consistit in prædicari, in quid, incomplete: & ultra hæc, nihil aliud hanc relationem terminare potest: ergo species, & individua, sunt terminus adæquatus genericæ relationis: quæ immediate, & primo terminatur ad speciem, tanquam ad immediatum subijcibile, quod in diffinitionibus ipsius immediate, & primo generi subijcitur.

Ad primam sententiam.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

Ad argumenta primæ sententiæ: ad primam respondetur: quod quando prædicatur de individuis specie mediat: non amittit aptitudinem ad prædicari de pluribus specie differentiis: quia eius essentia in tali aptitudine consistit: unde sicut quando de vna specie prædicatur, ut genus prædicatur: quia est aptum de alijs prædicari: sic quando prædicatur de individuis, prædicatur, ut genus: quia aptitudinem ad prædicari de speciebus non amittit.

Ad secundam, nego antecedens: ut statim in proprio Articulo videbimus.

Ad tertiam, dico ad minorem: quod cognoscens genus tantum cognoscit species: ut terminum immediatum: non tamen, ut terminum adæquatam: nam sub hoc, etiam individua comprehenduntur.

Ad quartam, concedo totum enthymema: & nego minorem: in tantum est vnica convertentia adæquata: & terminus primum, licet immediate convertatur, non tam perfecte: sed in suo genere. Et concessio quod ipse solus convertatur:

tur: adhuc minor est falsa: quia individua virtualiter in speciebus conuertuntur. Vel tandem dico: quod sicut relatio rationis potest habere plura fundamenta distincta subordinata, ex Doct. in 4. distinct. 1. quæst. 2. & distinct. 3. quæst. 1. ita determino dici potest: quare convertentia de hoc termino intelligitur.

Ad argumentum secundæ sententiæ dico: quod licet tale subijcibile detur commune per intellectum speciebus, & individuis: genus tamen non terminatur ad illud: sed ad ipsas species, & individua, ut plura sunt: quia hoc est illius natura.

Ad arg. 2. sententia.

ARTIC. III.

An species, in quantum subijcibilis, sit universalis?

Prima sententia est Cardinalis Toletus in hoc cap. quæst. 1. asserens, speciem, in quantum subijcibilem, esse universalem: non quidem universalem prædicabilem, sed universalem subijcibilem.

Probatur primo, nihil immediate generi subijcitur, quod non sit universale: huiusmodi est species in quantum subijcibilis: ergo, ut sic, est universalis. Maior probatur: natura, ut generi subijcitur, est abstracta, & universalis: sed, ut sic, subijcitur immediate generi: ergo.

Secundo, natura, in quantum subijcibilis, est species: non singularis: ergo, universalis: cum non detur medium: probo maiorem: nam, ut sic, diffinitur: diffinitio autem est rei universalis: ergo.

Tertio, species, in quantum subijcibilis, est universalis: sed species, in quantum subijcibilis, est subijcibilis: ergo in quantum subijcibilis, est universalis: quia, ut sic, non est singularis.

Secunda sententia videtur esse Doctoris in solutione ad quartum, estque communis in vtraque Schola: Pro qua notandum est, eorum super quartum Metaph. in expositione capi 1. primi: quod hæc dictio, in quantum, & quæcunque alia reduplicativa, sumitur dupliciter, & reduplicative, & specificative: primo modo sumitur: quando illud, quod sequitur immediate reduplicacione, notatur esse causa formalis, & præcisæ, in hærentia prædicati ad subiectum; ut, g. triangulus, in quantum triangulus, habet tres angulos: ly triangulus, qui sequitur, ly in quantum, est formalis, & præcisæ ratio in hærentia prædicati ad subiectum: id est, ly, habere tres angulos; in se necessario triangulo: quia forma trianguli est præcisæ ratio, propter quam habere tres angulos sibi in se.

Notandū.

Secundo modo sumitur: quando illud, quod sequitur reduplicacionem immediate, accipitur tantum secundum suam rationem formalem, sine præcisione causalitatis in hærentia prædicati ad subiectum: ut homo, in quantum homo, est albus: ly homo, qui sequitur ly in quantum, non est causa formalis in hærentia prædicati ad subiectum: alioquin omnis homo esset albus necessario: sed accipitur tantum secundum suam rationem.

ARTIC. III.

An species predicabilis recte à Porphyrio diffiniatur?

1. Conclus.

rationem formalem: ita ut sit sensus: homo, in quantum homo: id est illud, quod est homo, est albus: & ut sic, ly in quantum, solum specificat, & non reduplicat subiectum.

Dicendum primo, si ly in quantum, sumatur reduplicatiue, species subijcibilis, in quantum subijcibilis, non est vniuersalis: probatur primo, de intrinseca ratione vniuersalis est respicere inferiora: sed species subijcibilis, reduplicatiue, tantum respicit genus, ut superius: ergo, ut sic, non est vniuersalis.

Dices: quod sufficit respicere vnum plura virtualiter continens, quale est genus; quod virtualiter est plura.

Respondeo: adhuc sub lite esse, an sufficiat pro termino vniuersalis vnum plura virtualiter continens: sed hoc concessio, adhuc viget argumentum: nam vniuersalitas respicit illa plura in vno virtualiter contenta, ut est apta de illis, prædicatione directa, prædicari: species autem subijcibilis, ut sic, non respicit genus, nec plura in ipso contenta, tanquam apta de illis directe prædicari, ut superius de inferiori: aliter enim etiam indiuiduum esse vniuersale.

Secundo, ly in quantum, reduplicatiue sumptum denotat prædicatū cōuenire subiecto, ex vi rationis formalis subiecti: sed subijcibilitas nō est causa, ut vniuersalitas nō sit specie, illique tribuatur ergo species, in quantum subijcibilis, nō est vniuersalis: minor probatur: nā subijcibilitas est relatio terminata ad vniuersale, ut ad terminū, referens conceptū specificū ad illud: ergo non contrahit vniuersale ad esse speciei: quod requiritur, ut ipsa constituat speciem vniuersalem: patet consequentia: quia nulla relatio potest esse differentia contrahens terminum, ad quem terminatur, & à quo specificatur.

2. Conclus.

Dicendum secundo, si ly in quantum, sumatur specificatiue, species, in quantum subijcibilis, est vniuersalis: hæc est contra aliquos, qui adhuc in hoc sensu eam admittere nollunt: sed immerito: nam nulli dubium esse debet: quod illud, quod subijcitur generi, sit vniuersale: & hoc certum est, & tantum in nostra conclusione assertum.

3. Conclus.

Dicendum tertio, species subijcibilis, reduplicatiue sumpta, & ut quid, potest vniuersalis denominari, respectu huius speciei subijcibilis, & illius. Hæc de se patet: nam ab hac, & illa specie subijcibili, potest intellectus formare vnum conceptum communem, sicut in alijs secundis intentionibus facit: ergo.

Ad argu.

Ad argumenta opposita respondetur. Ad primum, & ad tertium, quod probant: non stram secundam conclusionem. Ad

secundam, quod tantum tertiam confirmat.

Ad argumentum, quod probat: non stram secundam conclusionem. Ad tertiam, quod tantum tertiam confirmat.

Diffinitio Porphyrii speciem infimam, ut prædicabile, per hoc, quod est prædicari de pluribus differentibus numero in eo quod quid: de qua diffinitione (& est intentum principale in hac Quæstione) inquirimus in hoc Articulo; à quo incipit tractatio speciei, ut prædicabilis est; an sit recte assignata. Partem negatiuam probant argumenta à Doctore facta: quam ultra sic ostendit: nam ex Doctore, q. 3. De genere supra; differentibus specie explicat ly prædicari de pluribus: & tamen ibi, ly differentibus specie, & ly in quid, ponuntur ab eo differentia diuina vniuersalis, & constitutiua generis: quod videtur contradictio: imo, & negatio: ergo, similiter de ly differentibus numero, & de ly in quid, est dicendum in hac diffinitione: nā similis currit ratio.

1. Argum.

Secundo, nulla quidditas specifica constituitur essentialiter per duplicem differentiam essentialiter specificam: sed hæc ita constituitur iuxta traditam diffinitionem: ergo talis diffinitio est superflua: minor probatur: nam differenti bus numero constituit essentialiter speciem, ipsamque à genere distinguit: & ly in quid, à reliquis prædicabilibus: ergo duplici differentia specifica constat: quod videtur impossibile: vel si est possibile, altera superfluit.

2. Argum.

Propter hæc argumenta: Fonseca 5. Metaph. cap. 28. quæst. 12. sect. 3. Murcia disp. de differentia, quæst. 12. & nonnulli alij recentiores arbitrantur, ly differentibus numero esse differentiam accidentalem, & ly in eo quod quid complete esse differentiam essentialem.

1. Sentent.

Nihilominus dicendum primo, diffinitio tradita est sufficiens, & quidditatiua per additamentum; hæc est Doct. in præfati: & probatur eisdem rationibus, quibus diffinitio generis manet probata esse talis.

1. Conclus.

Dicendum secundo, diffinitio tradita tantum cōuenit speciei specialissimæ: hæc est cōmunis cū Porphyrio: & patet: nā species subalterna, in ratione prædicabilis, non est species, sed genus: ergo non potest immediate de pluribus differenti bus numero prædicari: ergo hoc tantum speciei specialissimæ cōuenit.

2. Conclus.

Dicendum tertio, species infima nullo modo potest esse genus: est etiā cōmunis. & probatur primo: per Porphyriū dicentem: species infima taliter est species, quod non possit esse genus: ergo.

3. Conclus.

Secundo, ex Arist. 3. Metaph. cap. 3. & cap. 12. dicente: hominem non esse genus ad mare, & feminam: quia hæc tantum secundum materiam, & non secundum formā, distinguuntur: sed indiuidua speciei infimæ, non secundum formam, sed solum secundum materiam, differunt: ergo nec mas, nec femina, nec talia indiuidua, sunt species: nec per consequens, nec homo est illorum genus.

Tertio, de ratione generis est esse contrahibile per differentias essentielles; per quas eius potest

potentialitas tollatur: sed hoc implicat speciem infimam: ergo. Probo minorem: quia tunc respectu eiusdem esset contrahibilis, & non contrahibilis: contrahibilis, quia est genus: non contrahibilis, quia est species infima iam per vltimam differentiam essentialem contracta: ergo, & c.

Ad primū arg. & ad secundum.

Ad argumenta: ad primum dico: quod genus, & species, optime inter se, & ab alijs prædicabilibus, per prædicari in quid complete, seu in complete essentialiter distinguuntur: ceterum cum relatiua sint, & per additamentum diffiniuntur, in eorum diffinitionibus, termini suorum relationum ponuntur: non ut sint illorum intrinseca constitutiua, & diffinitiu: sed extrinseca tantum: ex hoc tamen, non sequitur, habitudines illas, per quas diffiniuntur, non esse intrinsecas illis: licet enim terminus sit relatiuus extrinsecus, relatio autem est illis intrinseca: & in hoc sensu intelligendus est Doct. quando ait: ly differentibus specie: & ly differentibus numero, esse differentias generis; & speciei: nō enim excludit particulas in quid: sed vult, illa duo esse terminos relationum prædicabilitatis in quid de illis, quibus relationibus in esse prædicabilem constituuntur: & ita non sibi contradicit. Alias solutiones vide apud Mauritium, quæst. 12. §. 2. principaliter, & per hoc ad secundum.

ARTIC. V.

An relatio predicabilitatis præsupponat relationem subijcibilitatis in specie. vel è contra: & vtrum vna sit alterius passio?

1. Sentent.

Prima sententia est aliquorum assertio: quod à specie, ut vniuersalis est, dimanare, tanquam passiones, subijcibilitatem, & prædicabilitatem, & hæc secundam illi, mediante p. iori, cōuenire.

1. Arg.

Prima pars probatur primo; subijcibilitas cōuenit speciei, sed non ut essentia: ergo, ut passio: probo minorem: quia si esset essentia, tunc vniuersale non esset genus ad speciem: quia non participaret eius essentiam, quæ est prædicari de pluribus: ergo est eius passio. Maxime quia subijcitur immediate generi cōuenit omnino, soli, & semper: ergo, & c.

Notandū.

Secunda pars suadet opinio prima; Pro intelligentia notandum: quod de his relationibus, tripliciter loqui possumus: vel prout inter se comparantur: vel in ordine ad suum fundamentum remotum, quod est natura, specifica à parte rei: vel tandem ad suum fundamentum proximum quod est ipsa natura, ut passiuè comparata: comparatio enim passiuè in natura est ratio proxima has relationes fund. ndi.

2. Conclus.

Dicendum primo, si subijcibilitas, & prædicabilitas, ad fundamentum remotum comparantur, prior est subijcibilitas, quam prædicabili-

tas. Hæc videtur esse expressa Doct. solutione ad quartum in vltimis verbis: & probatur: prius cōuenit speciei habere esse essentialē, quam aptitudinem, ut de indiuiduis prædicetur: cum talis aptitudo in eius essentia fundetur: sed esse essentialē habet, ut ex genere, & ex differentia, constat: ergo prius est apta respicere genus, quam indiuidua: quia aptitudo ad indiuidua est qualis extrinseca speciei prout secundum suum esse essentialē cōsideratur: ergo, & c. & in hoc sensu intelligenda est secunda pars sententiæ primæ, quam tenet Caiet. cap. de specie, & Petrus de Bruxellis, quæst. 3. art. 5. & Araujo 3. Met. quæst. 4. art. 3.

2. Conclus.

Dicendum secundo, si subijcibilitas, & prædicabilitas, inter se comparantur, nullam habent connexionem; ut vna sit alterius passio. hæc est communis: & probatur primo: nam isti duo respectus sunt disparati, & oppositi, oppositum habentes modum denominandi naturam, illam ad terminos oppositos referendo: ergo repugnat vnum ex alio dimanare.

Secundo, nulla propria passio potest absque sua essentia reperiri, propter necessariam connexionem, quam habent, sed subijcibilitas potest absque prædicabilitate reperiri: & è contra: ergo vna ab alia, tanquam propria passio, non dimanat: probo minorem: nam potest intellectus naturam cognitam nunc ad genus, nunc ad indiuidua comparare: ergo, & c.

3. Conclus.

Tertio, vbi datur essentia: datur & passio: sed prædicabilitas datur absque subijcibilitate: ut patet in genere generalissimo; quod nulli subijcitur: ergo vna relatio istarum non est alterius passio.

Dicendum tertio, si vtraque hæc relatio ad naturam cognitam conferatur: vna alteram non supponit: hæc patet ex præcedentibus: tum quia sunt relationes oppositæ: tum etiam quia intellectus imperatus à voluntate potest comparare naturam pro libito ad terminum, quem voluerit: & cum termini sint oppositi, nus alterum nō præsupponens; hinc, nec relationes ipsæ se præsupponunt.

Ad argu.

Ad argumentum pro prima parte primæ sententiæ, dicendum: quod subijcibilitas respicit naturam abstractam, ut fundamentum. & in eo nego minorem, quoad secundam partem: vnde hæc duplex relatio tantum concōmitanter se habent ratione fundamenti, in quo reperiuntur: non tamen aliqua profuit ab ipso fundamento. Beneuerum est tamen; quod vtraque constituit simul; cum natura cognita, quæ est fundamentum, vnum per se relatiuū & essentialiter: ceterum ex hoc non licet inferre, vnam esse alterius passionem; nec ab ipsa natura propria profuere.

AR

ARTIC. VI.

An omnis natura specifica creata possit hos duos respectus fundare?

Naturas, quæ has relationes fundare possunt, facilius ex dictis quæst. 2. de genere, art. 1. colligere poterimus: unde præsentem articulum tantum propter naturas angelicas mouemus: circa quem est prima sententia communis inter nonnullos Thomistas asserens tales naturas non posse relationem secundam prædicabilis fundare, prout secundum se considerantur, & quocumque intellectu fiat talis consideratio: sic Araujo lib. 3. Metaph. quæst. 4. art. 4. conclus. 3. & alij, quos ipse citat: Rubius in hoc cap. quæst. 4. Ona, quæst. 2. art. 2. qui quidem duo affirmant naturam angelicam fundare relationem subijcibilitatis, non tamen prædicabilitatis: tum quia isti respectus non dependent ab inuicem; ut diximus: tum etiam quia natura angelica est ex se, etiam de potentia Dei absoluta, indiuidua; & incommunicabilis: ut expresse asserit D. Thomas 1. p. quæst. 50. art. 4. & alibi sæpe: ergo talis natura hanc relationem prædicabilitatis fundare nequit. Secunda, & opposita sententia quoad vtrumque est Doct. 7. Metaph. quæst. 13. & in 2. sent. distinct. 3. quæst. 7. & omnium suorum ibidem, & etiam multorum Thomistarum, quos citat pro hac sententia Araujo ut supra: & quia exacta huius difficultatis tractatio ad materiam de Angelis spectat, quam ibidem optime tradunt Dominus Rada controuers. 5. art. 3. & Herrera disput. 5. quæst. 4. prout ad præsens attinet. Dicendum: omnis natura creata spiritualis est apta hæc duplici relatione denominari: est Doct. ut supra, & quodlib. 2. & probatur hac vnica ratione: quæcumque quidditas absoluta est de se à parte rei pluribus comunicabilis: sed natura angelica est quidditas absoluta: ergo probat maiorem: si alicui tali quidditati repugnet esse comunicabilem; vel esset ratione suæ perfectionis; vel suæ imperfectionis: non ratione primi: quia tunc actualiter comunicari diceret imperfectionem; & ita naturæ diuinæ cõpetere non posset: quod est hæreticum: cum de facto tribus personis comunicetur: nec ratione secundi: quia naturæ materiales, quæ sunt multo imperfectiores, de facto comunicantur: ergo cum naturis angelicis ex nullo capite repugnet à parte rei pluribus numerice distinctis comunicari, optime poterunt has relationes fundare. Patet hæc vltima consequentia: omne multis comunicabile: vel comunicatur cum identitate naturæ numerice; vel cum distinctione numerice illius: non primo modo: cum hoc tantum naturæ diuinæ conueniat: ergo secundum factum est: ac per consequens est verum fundamentum harum relationum.

Ex quo infero; quam sine fundamento D.

Thomam interpretentur illi, qui ab opinione Caietani discedentes, dicunt naturam, v. g. Gabrielis esse ex se à parte rei indiuiduam; & nihilominus, ut vniuersalem, concipi posse: quia hoc est manifesta contradictio: siue sumatur vniuersale, ut est tale secundum intellectum, & rem tantum: siue ut est tale, secundum intellectum: (ut Caietana distinctio vtamur) nam quæro: in hac secunda acceptiore quando intellectus concipit naturam Gabrielis, ut communem, & vniuersalem: vel concipit illam sine repugnantia comunicabilitatis; vel cum repugnantia? si primum: habemus intentum: si secundum: ergo est de se singularis; quod tantum est proprium Diuinæ essentia: & præterea, quia implicat talem naturam, ut sic, concipi ut vniuersalem: singulare enim, ut sic, nequit nisi fictiue, intelligi, ut vniuersale: quod est à Logico institutum alienum.

ARTIC. VII.

An indiuiduum sit per se diffinibile: recteque à Porphyrio diffiniatur?

PRO parte negatiua sit primum argumentum. Diffinitio secundum Doct. in 4. distinct. 1. quæst. 2. art. 1. & ex Aristot. 7. Metaph. tex. com. 35. est tantum rei vniuersalis: ergo non est indiuidui.

Secundo, indiuiduum, secundum Porphyrium, est quod prædicatur de vno solo: ergo non potest esse species, ut modus: ergo nec diffinitio: quia diffinitio est speciei tantum: probat maiorem: quia prædicari de vno solo, & esse speciem, contradicunt.

Tertio, si indiuiduum diffinitur, est species: ergo vniuersale: consequens est falsum: quia prædicatur oppositum de opposito: ergo dicendum est, quod nec est species, nec diffinitio.

Pro intelligentia notandum primo, quod indiuiduum dupliciter sumitur: prime, & secunde intentionali: primo modo idem, quod Petrus, v. g. seu Franciscus importat: secundo modo capitur pro quoddam secunda intentione, à qua res singularis denominatur indiuiduum: & hoc secundo modo, adhuc dupliciter: vel ut subijcitur speciei, cuius correlatum est, quod ita diffinitur: indiuiduum est, quod speciei subijcitur. Vel sumitur, ut est de vno prædicabile: quod in hoc sensu sic etiam à Porphyrio diffinitur. Est quod de vno solo prædicatur. Et in vtraque diffinitione sumitur indiuiduum in concreto, significans pro formali relationem subijcibilitatis, vel prædicabilitatis de vno; & connotans pro materiali Petrum, vel Franciscum, aut quæcumque alia singularia, prout in esse cognito à talibus relationibus denominantur: in hoc enim sensu diffinitur à Porphyrio; non vero prout comparatur ad sua inferiora ipsam quidditatiue includenti, scilicet, ad hanc secundam intentionem applicabilem Petro, & ad illi applicabilem Francisco: nam, ut sic, indiuiduum est vna species secundæ intentionis, & vniuersale.

1. Sentent.

2. Sentent. Doctoris.

Conclusio.

1. Argum.

Secundum.

Tertium.

1. Not.

2. Not.

ale: ut ait Doctor supra quæst. 6. vniuersi ad tertium, nec in hoc sensu agimus de indiuiduo in præsentibus: sed in primo.

Secundo notandum: quod ab Hæcceitatibus omnibus, quatenus quælibet habet eundem modum determinandi naturam ad esse singularis, & fundat vnitatem proportionis, abstrahit intellectus ab hoc modo se habendi vnum conceptum quidditatiuum improprium; cui tanquam fundamento proximo, tribuit secundam intentionem subijcibilitatis, vel prædicabilitatis: ex quibus duobus resultat vnum concretum intentionale commune, quod dicitur indiuiduum, & diffinitum in his diffinitionibus: licet enim Hæcceitates sint primo diuersæ: hoc est secundum Doct. in primo, distinct. 20. lit. Y. in nulla realitate quidditatiue à parte rei conuenientes, quæ de illis dicatur in quid; sitque per illas contrahibilis: nihilominus à talibus, sic primo diuersis; potest vnus conceptus communis abstrahi prout proportionabiliter se habent: eundemque participant modum singularizandi. Et hoc est, indiuidua realiter conuenire; ut volunt Caiet. in hoc cap. & Rubius, quæst. 6. & cap. de substantia, quæst. 5. nec oppositum vult Doct. 7. Metaph. quæst. 13. & in primo, dist. 28. q. 1. & in secundo, dist. 3. q. 6. (quidquid reclamet Valera lib. 1. dist. 4. art. 2. q. 1.) ut patet ex illo in primo, dist. 23. lit. K. in vltimis verbis quæstionis; quæ sic se habent: potest dici: quod ab indiuiduis non tantum potest abstrahi species, quæ dicit quidditatiue indiuiduorum: sed etiam aliquid quasi proprium. Hæc Doctor.

Catal.

Ex quibus infero: quod licet secundam intentionem indiuidui in communi secundum suam essentiam, & naturam, & sumpta, ut quo, ac in actu signato, denominet tantum rem singularem, tanquam intentio opposita intentioni speciei, quæ denominat naturam communem: nihilominus ipsa, ut quod, & accidentaliter capta, & vnde denominat conceptum prædictum, est vniuersalis: accidit enim indiuiduo, ut sic, ab hoc, & illo indiuiduo abstrahi, & speciem denominari, à relatione speciei, quæ in illo resultat, qua relatione species secundum modum dicitur.

3. Not.

Tertio notandum: maximum esse discrimen inter cõceptus vniuersales, & indiuidui, qui sunt fundamenta istarum intentionum: nam conceptus fundans vniuersalitem desumatur ab aliqua realitate multis diuisim à parte rei comunicabili: at vero conceptus fundans secundam intentionem indiuidui non sumitur ab aliqua realitate multis communi, sed ab eodem modo se habendi singularitatum. Vnde cum quælibet Hæcceitas sit ex se tantum comunicabilis, ut quo, vnico indiuiduo: inde fit, ut talis conceptus communis ab eis abstractus, non sit communis per modum plurium, sed per modum vnius: ac per consequens intentio ipsum denominans, etiam si sit communis, & respiciat plura, non tamen per modum plurium, sed per modum vnius. illa respiciet: & ideo dicitur species, & vniuersalis, non essentialiter, sed secundum modum: quod sufficit, ut vere, licet non proprie, diffiniatur.

Quarto notandum: prædicationem, prout ad præsens attinet, esse in duplici differentia: alteram naturalem, & alteram artificialem: prima est identica, quando idem de seipso prædicatur: vel per se; ut Petrus est Petrus: vel per aliquid æquiualens: ut Petrus est indiuiduum. Secunda est, quando aliquid ignotum ad scientiam pertinentens explicatur: quæ prædicationes multipliciter differunt: primo, quia prima requirit terminos sola ratione distinctos: secunda vero formaliter. Secundo, prima terminos singulares postulat: secunda communes; saltim quoad prædicatum aliquo modo: ut in hac; homo est hoc animal: nam prædicatum est aliquo modo commune. Ex quo sequitur, tertio, quod prima sit indirecta: & secunda directa. Tandem differunt: quia tam subiectum, quam prædicatum primæ, solum dicunt naturam modum materiale: at vero subiectum, & prædicatum, secundæ dicunt totum cõceptum formalem, & integrum naturæ: & ideo de hac secunda solum Philosophi curarunt, tantquam de instrumento ad scientias conducente: de prima autem parum curauerunt: non quia non sit: sed quia ad eorum institutum, & modum scientias acquirendi, parum, aut nihil conducebat.

4. Nota.

Quinto notandum: quod sicut indiuiduum dupliciter sumitur: sic à Porphyrio dupliciter diffinitur: & primè intentionali: hoc modo: indiuiduum est, cuius collectio proprietatum in alio esse non potest: quæ diffinitio datur à posteriori, & per accidentia, non solum propria, sed communia: & tantum indiuiduo substantiæ cõpetit, cuius proprietates his carnibus comprehenduntur.

5. Nota.

Forma, figura, locus, tempus, Cum nomine sanguis, Patria, sunt septem, quæ Non habet vnus, & alter.

Et ab his proprietatibus, quæ ad Hæcceitatem quamlibet indiuidui substantialis consequuntur, desumitur conceptus relatus omnibus ab eodem modo se habendi communis. Ceterum, quia ad Hæcceitatem positiuam consequitur etiã quædam negatio comunicabilitatis: ideo sic communiter indiuiduum primè intentionali diffinitur: indiuiduum est indiuiduum à se, & diuisum à quolibet alio; diuisione suple materiali: quæ indiuisio fundatur super vnitatem numericam, quæ est entitas positiuam: ut alibi videbimus: in hac autem ratione negationis omnia indiuidua vniuoce cõueniunt: quia ut ait Doctor, ut suprà his, quæ sunt diuersa secundum rationes positiuas, datur negatio hominis æquæ; ac vniuoce conueniunt Leoni, Equo, lapidi, &c.

1. Conclusio.

Dicendum primo, indiuiduum secundæ intentionali capiti, prout dicit ordinem ad sua inferiora quidditatiua, proprie diffiniri potest, tanquam vera, & propria species intentionalis. Hæc est Doctoris supra q. 6. vniuersi. ad 3. & in 1. dist. 2. q. 3. lit. C. & probatur nam ut sic, constat ex genere, scilicet, secundæ intentione, & ex differentia: siue ut subijcibile. siue ut prædicabile, sumatur: ut sic enim in recta serie secundarum intentionum ponitur: ergo, &c.

N Dicesi